



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 83. Diversæ Constitutiones Benedicti XIII. & Clementis XII. Pontificum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII.

A. C. 1730.

§. LXXXIII.

*Diversæ Constitutiones Bened. XIII.
& Clementis XII. Pontificum.*

Priusquam Benedictus XIII. Pontifex
Tiaram cum vita poneret, adhuc
eodem anno nonnullas edidit Con-
stitutiones, & quidem die decima
mensis Petrum Forerium Batorum
Albo inscripsit. Erat hic Mataincura
in Lotharingia natus, qui in Con-
gregatione S. Salvatoris Institutum Cano-
nicorum Regularium S. Augustini pro-
fessus, ac sacris Ordinibus initiatus
præfatæ Congregationis Præpositus Ge-
neralis electus est. Hoc munus
auctus non modo pristinam severiore-
que disciplinam reduxit, sed etiam
Moniales Congregationis restaurata
titulo B. V. & sub Regula S. Augustini
instituit. Tam spectatæ erat virtus
ut ab Alexandro VII. *Sacerdos appelle-
retur cujus in vita tales virtutum actus
tati, quales in nulla Divorum Historiâ*
Urbanus VIII. celebrabat illum *tantum*
*eximie Sanctimonice Canonicum & a Car-
dinale de Perulle vocatus est*
in quo nemo non virtutum cumulum primo
lumine intuitus est. Claruit enim
in vita sua omnium virtutum præstan-
tia, ac præcipue Apostolici Ministerii
Zelo;

CCXXV

Zelo; quapropter mature discussis du- Sæc. XVIII.
 biis super ejus vitæ sanctitate; virtuti- A. C. 1730.
 bus heroicis æque ac miraculis Bene-
 dictus XIII. ad preces Caroli Hispaniæ
 Regis ac Imperatoris aliorumque præ-
 dictum Dei Famulum inter Cælites
 Beatum declaravit, indulisitque, ut de
 eo officium & Missa sub ritu duplici
 Majori a Canonicis Regularibus reci-
 tari possit.

Celebrabant FF. Carmelitæ Anno
 1728. Ferrariæ sua comitia Generalia,
 in quibus urgente Provinciali Castel-
 lano cap. 10. n. 10. conditum est de-
 cretum, vi cuius Studiorum Regenti-
 bus indultum, ut cujuslibet approbati
 Doctoris ac præcipue V. Joannis de Bac-
 cone Doctoris Carmelitani doctrinam
 sequi possent: cum autem hoc decreto
 Constitutiones Annis 1593. 1595. &
 1704. sancitæ, quibus Doctrinam D.
 Thomæ sectari præceptum est, omnino
 everterentur, aliunde vero ex ampla
 hac liberaque sentiendi facultate & opi-
 nionum varietate plurima damna, dis-
 sidia, & contentiones timendæ forent,
 & Fratres ad sua desideria sibi Magist-
 ros coacervarent, omnique vento do-
 ctrinæ libere abrepti in varias abirent
 sententias, hinc Pontifex ad preces
 Magistrorum Francisci Montiel de Fuen-
 tenobila, & Juliani Berocal Provinciæ
 Castell.

ed. XIII.
 cum.
 Pontifex
 ad
 t. Conf
 ecima
 3. atom
 aincura
 Congre
 um Cas
 stini pr
 inuitas
 ofitus G
 muer
 veriorer
 d. etiam
 arate in
 Augusti
 virtus
 appella
 actus m
 Histori
 tampon
 & a Cas
 est V.
 um prim
 ninvent
 præstare
 inuitem
 Zelo;

Sæc. XVIII. Castellanae Ex-Provincialium, & A. C. 1700.quisitionis Hispanæ Quæstorum crevit, ut deinceps sublato hoc creto omnes præfatæ Provinciæ doctores unam certamque Angelici doctoris doctrinam constanti summorum Pontificum testimonio laudumque præconio commendatam immote retineant, doceant, ac propugnent. Id ergo patet, quam inviolabili studio Castellitarum Ordo præcipue in Theologicis doctrinæ D. Thomæ inhæret, & quanta aversione vagam, incertamque sentiendi libertatem, indeque verum probabilismum infectatus fuerit, quin cæco impetu in verba Magni jurare teneretur.

Plures quoque Constitutiones Clemens XII. promulgavit, & primo quidem Regiminis sui anno die decima tertia Julii quasdam Regulas, ut nomen & ordinem rerum in Cancellariis gerendarum præscriberet, edidit, tertio post die pro more Conclaviis variis gratiis & privilegiis remuneratus est: Insuper viginti quinque pueri honorarios in Equites *Aurata militaria* necnon quosdam Comites Palatii creavit, qui Pontificis a Vaticana ad Basilicam Lateranensem in solemnibus equitatione utrumque euntis latus stipabant. Die autem vigesima nona ejusdem

Sæc. XVIII.
A. C. 1730.

Mensis ad preces Josephi Mezquie Procuratoris Generalis Ord. FF. de M...
cede indulgit, ut quotannis Officium
B. V. M. sub titulo de *Remedio* Domi-
nica secunda Octobris recitari valeat.
Diversorum quoque Ordinum decreta
recens edita auctoritate Apostolica con-
firmavit. Sub idem tempus Philip-
pus V. Hispaniarum Rex in Urbe Cer-
varia Celsonensis Diæcesis Academiam
erexit, dotavitque, certasque leges
pro Professoribus & Academicis præ-
scripsit, quas cum Rex auctoritate Pon-
tificia roborari vellet, ac peteret, ejus
precibus deferens Clemens Papa cete-
ras in Catalaunensi Principatu Univer-
sitates abolevit, earumque bonis Cer-
variensi adjunctis illam novis privilegiis
ornavit.

Die tertia Octobris Anno 1727. Be-
nedictus XIII. Clericis Scholarum Pia-
rum, ut scholarum exercitio valerent
incumbere, prædicationis munus,
ut memoravimus interdixerat, Cle-
mens vero die decima quarta Decem-
bris ad Præpositi Generalis preces ei-
dem concessit, ut duos Concionatores
in qualibet Provincia, in grandioribus
vero tres constituere possit. Iisdem e-
tiam Religiosis Papa facultatem dedit
præter fidei & literarum rudimenta e-
tiam altiores disciplinas præcipue No-
bilibus

Sæc. XVIII.
A. C. 1730.

bilibus tradendi, & pro iis Collegia
gendi. Die autem vigesima secunda
ejusdem Mensis indulgentias perpetuas
in diebus conversionis S. Pauli ad
Ecclesias Monialium Anglicarum Congre-
gationis D. Pauli Ord. S. Augustini
tendit. Jam dudum agitabatur con-
troversia circa Decanatum Collegii
Cardinalium vacantem; cum autem
Præcedentium Pontificum decreta circa
hanc quæstionem variaissent, tandem
Clemens declaravit, statuitque, ut
per antiquior ex sex Suburbicariis Ep-
iscopis Cardinalibus tum Romæ præ-
sens, aut saltem ob publica Ecclesie
negotia absens, Decanus sit ac
minetur.

Quoniam vero priores Pontifices
præsertim Benedictus XIII. non sine
magno ærarii Apostolici damno ex-
emptiones a vectigalibus aliisque publi-
citatibus concessissent, hinc Clemens
ejusmodi exemptiones nonnullis di-
ocesis Ecclesiasticæ Religiosis bona tem-
poralia possidentibus, aut Cardinalibus
Nepotibus vel consanguineis indul-
gentiam salva immunitate Ecclesiastica revoca-
vit. Cum autem Joannes Antonius
Guadagni, qui ex Carmelita Exco-
municato a Benedicto XIII. Aretinæ Ec-
clesiæ Episcopus præficiebatur, illi
non modo tueri, sed etiam, ut pro-
dum

dum Pastorem decet, amplificare, & magis magisque meritis ornare intentus esset, hinc Papa eidem concessit, ut sibi, omnibusque ejus Successoribus pallium gestare & crucem præferri liceret.

Sæc. XVIII.
A. C. 1730.

§. LXXXIV.

Diversa dissidia partim extincta, partim recens mota præcipue circa Religionem.

Hoc item anno lis inter ditissimum Hamerslebiense Monasterium, & Borussicum Regimen amica compositione finita est. Hic Conventus Canonorum Regularium S. Augustini in Diœcesi Halberstadiensi situs ad hanc usque diem inter gravissimas calamitates Religiosæ disciplinæ fervore plurimum inclarescit. Illius bona, quibus abundat, quotiescunque in aliis ditionibus Ecclesiastica Protestantium bona fuere occupata, jure talionis sæpius hisce Canonicis ab Acatholicis eripi consuevere: Anno hujus sæculi decimono, qua de caussa nescio Fiscus Regii Præfectus novem, ut vocant *Mansos* ex agro *Wopkicio* unacum duobus illis per plura sæcula possessis occupavit, quos Rex Ottelebio Borussicæ Legionis Tribuno dono dedit usque ad hunc annum
ab